Non sempre però gli investimenti andavano a buon fine. Forse l'imperizia, o forse fortuiti accadimenti, o anche più semplicemente una alterazione nella dinamica della domanda e dell'offerta, portavano a volte alla rovina chi tentava imprese superiori alle proprie possibilità. È emblematica, e merita di essere riassunta la vicenda di Giovannino Benzoni, detto Quarantino, di cui abbiamo più volte sottolineato il coinvolgimento nelle vicende oggetto della nostra indagine. Di lui si occupò anche il Terni nella sua «Historia di Crema» affermando che gli furono confiscati i beni nel 1361 (ma il Terni dice «1461»!) in conseguenza del bando che i Visconti avevano decretato contro i Benzoni, rei di appartenere alla stessa stirpe di Antonia, sorella di Paganino Benzoni e moglie di Giovanni da

Oleggio, comandante delle truppe della coalizione antiviscontea. Ma tale affermazione appare poco credibile ed è probabilmente frutto di confusione di eventi da parte dello storico cremasco.

Il primo documento che ne parla è la sentenza arbitrale che il 24 maggio 1353 definiva le modalità di costruzione e fissava le misure del bocchello di S. Donato di sua pertinenza. In essa Giovannino Benzoni appare come titolare non solo del bocchello e del cavo ma anche di un notevole patrimonio immobiliare consistente nella *possessio S. Donati*, costituita da terreni e case sparsi nelle *curie* di Rovereto, Moscazzano, Credera e Capergnanica. Era, all'epoca già orfano del padre, Giacomo Benzoni detto Quaranta, mentre la madre, Lupa, era viva ancora nel 1375. Costei era probabilmente una Alfieri e non, come opina il Terni, una Lupi di Soragna: tra i «proximi ex parentibus» che le fornirono il richiesto consenso per un atto dispositivo figurano infatti Giacomo Alfieri (per la linea paterna) e Tomaso Bombelli (per la linea materna)⁵¹.

La conferma è data dal contenuto della concessione fatta il 30 luglio 1365⁵² da Giovannino Bernardi a favore del Benzoni della facoltà di riscatto dei beni venduti nel 1363, dietro pagamento della somma di lire imperiali 1600. I due atti sono il primo chiaro indizio del progressivo calo della fortuna di Giovanni Benzoni. Probabilmente aveva tentato di risolvere le sorti rischiando le proprie residue sostanze in affari rischiosi, ma evidentemente senza fortuna. Quattro anni più tardi, il 7 dicembre 1369⁵³, il Bernardi cedette ad Antoniotto «de Cognio de Placentia» beni e diritti (ma in realtà era una «cessione di credito») un tempo appartenuti al Benzoni.

Nello stesso giorno il cessionario vendette la metà di quanto acquistato a Tommaso Vimercati. Insieme concessero a Lupa, vedova di Giacomo Benzoni e madre di Giovannino Benzoni la facoltà di riscatto degli stessi beni (un tempo di suo figlio) da esercitarsi entro 10 anni dietro pagamento della somma di lire imperiali 2300. Tale facoltà era estesa anche a *jura et actiones librarum quatuorcentum quadraginta imperialium, quas dominus Johaninus filius quondam domini Jacobi Benzoni, qui dicebatur Quaranta, de Crema, dare et solvere tenebatur, et promissit, Johanino, filio quondam domini Codini Bernardi, de Crema, pro ficto suprascriptarum peciarum terre et bochelli, quas conduxerat ab eo, debendo solvere dicto Zoanino Bernardo, omni anno, libras ducentas imperialium, ut continetur in carta una ficti facta per Graciollum de Vimercate notarium. Item jura et actiones librarum quadraginta octo imperialium quas dictus dominus Johaninus Bernardus pro dictis terris et bochello, ut continetur in carta una facta per dominum Graciollum de Vimercate notarium. Et occasione quarum duarum precii quantita-*

tum data fuit dicto Johanino Bernardo tenuta tediallis terrarum, possessionum, bonorum et iurium, quas et que dominus Johaninus Benzonus habebat in loco, curia et territorio Turlini, districtus Creme. Et subsequenter inductus fuit in tenutam et possessionem corporallem ipsarum terrarum, possessionum, bonorum et iurium de Turlino, ut dicebatur contineri in certis instrumentis actis et scriptis. Item omne jus ei pertinens in eis terris, possessionibus, bonis et iuribus, tam occasione dicte tenute quam alia qualibet occasione, jure et modo. Et hoc usque ad decem annos tunc proxime venientes, videlicet eo anno, quo velet et sibi placeret ex dictis decem annis, a festo sancti Martini usque ad festum nativitatis domini nostri Yhesu Christi subsequentem, prout predicta et alia plenius continentur in carta una facta per me notarium infra-scriptum, millesimo trecentesimo sexagesimo nono, indictione septima, die septimo decembris.

I fili conduttori attorno a cui ruotavano tutte le operazioni attuate il 7 dicembre 1369 erano la perdurante insolvenza di Giovannino Benzoni le cui sostanze ormai non erano più sufficienti a garantire nemmeno il pagamento degli interessi sul debito principale.

Nel 1369, a soli quattro anni di distanza dalla *concessio ad redimendum* il debitore era già in arretrato con il pagamento del canone di affitto (ma in realtà si trattava di interesse!) di oltre due annualità; imposte comunali gravanti sugli immobili e oneri fiscali di qualsiasi tipo relativi agli stessi erano stati assolti dal creditore, vista la materiale impossibilità di costringere il debitore ad onorare gli obblighi assunti. Evidentemente erano segnali inequivocabili di una situazione economica fallimentare che consigliava l'adozione da parte del creditore di adeguate contromisure atte a tutelare i propri diritti. La concessione al creditore della *tedialis possessio* che è una misura cautelativa *quae datur contra minores, mente captos, furiosos, etc.*, presuppone che nei confronti del debitore fosse stato attivato un procedimento inteso ad accertare la presenza degli estremi per una dichiarazione di incapacità comunque motivata, (ad esempio per prodigalità, per indebolimento delle facoltà mentali, o per altri motivi). In altri termini il comportamento di Giovannino Benzoni nell'amministrare i suoi beni, risultava, a seguito dell'accertamento, passibile di quegli stessi provvedimenti adottati nei confronti dei minori, dei minorati psichici, dei pazzi, ecc. Sotto questo profilo ai minori venivano assimilati i prodighi, i falliti, e in generali gli autori di comportamenti gravemente lesivi dell'ordine economico.

Nel nostro caso l'insolvenza nei confronti del creditore e l'impossibilità di sostenere gli oneri fiscali gravanti sull'immobile erano, probabilmente, stati giudicati prove sufficienti per la concessione della *tedialis posses-*

sio al creditore e per una pronuncia di interdizione nei confronti del debitore.

Questo spiegherebbe la presenza attiva della madre in luogo del figlio, senza che vi sia menzione di una procura o comunque di un mandato di rappresentanza. Quest'ultima infatti agiva in nome proprio, non in nome e per conto del figlio, ed è da ritenersi che il subentrare nella stessa posizione del figlio fosse la conseguenza di un provvedimento giudiziario e, comunque, non di un negozio privato.

Quali che fossero state le cause, che avevano portato all'emanazione del provvedimento, e l'iter procedurale dello stesso, non vi sono dubbi sulla gravità della situazione economica del Benzoni e sulla pericolosità sociale della stessa. Il ricorso ad una misura precauzionale che, di fatto, portava all'esproprio di una fetta considerevole del residuo patrimonio (e non era un'entità trascurabile!) e all'estromissione del debitore dall'amministrazione dei propri diritti, è indice più che sufficiente a suffragare l'ipotesi della pericolosità che simili fatti rivestivano nella stima della società contemporanea.

La vicenda di Giovannino Benzoni, che abbiamo avuto l'opportunità di seguire attraverso una relativamente abbondante documentazione, è testimonianza significativa delle tumultuose trasformazioni dell'economia cremasca del XIV secolo, e ci consente di concludere la nostra indagine con una preziosa serie di riscontri oggettivi.

Penso che sulla base delle considerazioni svolte si possa affermare che la politica del comune di Crema in materia di acque poté svilupparsi, nella forma che troviamo documentata, a seguito di una concomitanza di eventi e di cause di natura politica, economica e sociale. In essa confluiscono, e ne determinano la concreta attuazione, interessi pubblici ed interessi privati, espressione, a loro volta, di mutate condizioni politiche e di nuove tendenze dell'economia.

L'ambito dell'indagine, necessariamente ristretto, ha impedito l'approfondimento di molti problemi verso i quali tuttavia intendo indirizzare, in prosieguo di tempo, ulteriori ricerche. Il tema delle acque è infatti molto vasto e comporta necessità di approfondimento in diverse direzioni, ma soprattutto è di primaria importanza per comprendere la storia del nostro territorio e degli uomini che su di esso hanno vissuto.

1374 aprile 22

i.xii - Crema

Graziolo de Vimercate, *scindicus et procurator, comunis, hominum, universitatis et singularum personarum de Crema* - in nome e per conto della comunità cremasca, con l'assenso di Giovanni Zanibelli, luogotenente del vicario del podestà, dei *rationatores* e dei *deputati super intratis et expensis* del comune di Crema concede in locazione per la durata di un anno al canone di lire 1010 imperiali la gestione delle rogge Grande, Quarantina e Sanazina ad un consorzio formato di 11 persone, con il preciso impegno per i locatari di osservare scrupolosamente le norme statutarie e regolamentari allegate.

Anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto indictione xij die vigesimo secundo aprilis, in Crema, in racionaria comunis Creme, presentibus Janino et Petrino fratribus, filijs quondam domini Oprandi Zuche, Petro dicto Lupo et Rugerio fratribus de Puteo, tubatoribus comunis Creme, Bertolino de Bolgaro de Crema, testibus rogatis; pro secundo notario interfuit Cominus de Martinengo notarius. Ibi Gratiolus de Uimercate de Crema scindicus et procurator et scindacario et procuratorio nomine ad infra scripta et alia facienda comunis, hominum, universitatis et singularum personarum de Crema, ut de ipso scindicatu patet per publicum instrumentu rogatum et factum per Maffinum Cazulum notarium anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, indictione nona, die uigesimo nono madij, presentibus, uolentibus et consentientibus sapiente et discreto uiro domino Joanne de Zanebellis, iudice et locumtente domini Francici (!) de Tedaldis, uicarij nobilis et egregij militis domini Antonij de Pijs honorandi potestatis terre Creme et districtus, Geruasio Cataneo de Mediolano, Anselmino de Gandino et Francisco Ardito, racionatoribus dicti comunis Creme, necnon dominis Guillelmo Predaxio, Fachino de Quayno, Redulpho Alfero, Joanne de Gandino, Joanino de Oxio et Nigrino Frecaualo, deputatis et electis super intratis et expensis comunis Creme et negotijs ipsius comunis, et omnia infrascripta et infrascriptam inuestituram et locacionem uolentibus, aprobantibus et confirmantibus et ratificantibus. Et omni alio modo, titulo, jure et forma quibus ipse scindicus melius potuit et potest cum consensu, ut supra, et nomine predicto, inuestiuit, fictuario nomine seu nomine locationis et ficti ad benefaciendum, meliorandum et non peiorandum Jacobinum filium quondam Bertolini Poiani, Isachinum Poyanum, Simonimum filium quondam domini Salomonis de Uimercate, Paganum filium quondam domini Belli de Uimercate, Georgium domini Joanini Bernardi, Tomaxium filium quondam domini Pauarolj Pauari, Bertolinum de Botayano, Venturinum filium quondam domini Zanini du Uerdello, Gasparolum Gambazocham, Te-

minum quondam... de Clerauallo et Boninum filium quondam Adamini Cusatri et quemlibet eorum in solidum presentes, stipulantes et recipientes, nominatim de infrascriptis bonis et juribus que sunt juris dicti comunis, hominum, uniuersitatis et singularum personarum de Crema: primo, uidelicet, de rozia Magna comunis Creme, que inchoatur in territorio Misani et decurrit inferius et extenditur per territorium et campagnam Creme, et de omnibus aquis aqueductibus et fontibus decurentibus per territorium Misani in dictam roziam et emptis per dictum comune Creme; et de omnibus alijs aquis, aqueductibus et fontanibus decurentibus et debentibus et solitis decurere in dictam roziam a quacumque parte dicto comuni Creme spectantibus; et de molendino sito et constructo in dicta rozia secus locum Umbriani de Cremascha, et hedefficij, utensilibus, molis, feramentis et juribus uniuersis dicti molendini et dicto comuni spectantibus pro eo molendino quouis modo. Item de alia rozia comunis Creme que appellatur Quarentina, que labitur et extrahitur de Aqua Rubea, sita in curia Azani et Turlini, districtus Creme, et labitur et extenditur inferius per dictam campagniam et territorium Creme. Item de quadam alia rozia dicti comunis Creme, que appellatur Senazina, que extrahitur et decurrit de flumine et aqua Casmarij, defluentis per Mosium Creme inferius et extenditur et labitur per dictam campagnam et territorium Creme. Et generaliter de omnibus alijs aquis, aqueductibus, de rozijs et incastris, buchellis, arzenis, alueis, rippis, hedefficij, utensilibus, accessibus, ingressibus et regressibus et alijs quibuscumque juribus ad dictas rugias et quamlibet earum et ad dictum molendinum siue dicto comuni Creme pro eis rozijs et molendino quomodocumque et qualitercumque pertinentibus, spectantibus et adiacentibus ubicumque ab injcijs usque ad fines earum. Et dedit, cessit, contullit et mandauit dictus scindicus dicto nomine scindicario cum consensu ut supra dictis Jacobino Pojano, Simonino de Uimercate, Lathino de Uimercate, Paganino de Uimercate, Georgio Bernardo, Tomaxio Pauaro, Bertolino de Botayano, Uenturino de Uerdello, Gasparino Gambazoché, Temino de Clerauallo et Bonino Cusatro stipulantibus omnia jura omnesque actiones et rationes utiles, directas, reales, personales et ypotecarias dicto comuni spectantes in predictis omnibus supra locatis. Et posuit ipsos conductore supranominatos in locum dicti comunis de predictis omnibus supra locatis et procuratores in rem dicti comunis fecit in agendo, deffendendo, uendicando, exigendo et retinendo omnibus modis et eisdem actionibus et rationibus quibus et sicut dictum comune Creme poterat (sic!)... talis locationis.

Eo uero modo et ordine ut ipsi Jacobinus Poyanus, Ysachinus Poyanus, Simoninus de Uimercate, Lathinus de Uimercate, Paganinus de Uimer-

cate, Georgius Bernardus, Tomaxius Pauarus, Bertolinus de Botayano, Venturinus de Uerdello, Casparinus Gambazocha, Teminus de Clarauallo et Boninus Cusatrus habeant, teneant, posideant, gaudeant, utifruantur et utifrui possint suprascriptas rozias et molendinum et predicta omnia locata, et de redditibus, prouentibus et obuencionibus uniuerſſis eorum omnium locatorum possint facere quicquid uoluerint et sibi placuerit sine alicuius contradictione usque ad annum unum proxime futurum inceptum in kalendas menssis januari presentis anni et finituum die ultimo decembris proxime futuri per totum diem anni presentis, cum et sub pactis, modis, formis et tenoribus inferius descripti.

Et quas rozias et molendinum et predicta omnia locata debet et promisit suprascriptus Gratiolus scindicus dicto nomine scindicario, cum consensu ut supra, deffendere, expedire et desbrigare suprascriptis conductoribus supranominatis ab omni persona, comuni, colegio et uniuersitate usque ad dictum terminum unius anni proxime futuri incepti ut supra et finituri ut supra expensis dicti comunis, hominum et uniuerſſitatis Creme. Et de sic atendere et obseruare ut supra legitur in integrum dictus scindicus dicto nomine scindicario promisit et omnia bona dicti comunis, hominum et uniuerſſitatis Creme pignori obligauit suprascriptis conductoribus stipulantibus. Et dicti Jacobinus Poyanus, dominus Ysachinus Poyanus, Simoninus de Vimercate, Paganinus de Uimercate, Georgius Bernardus, Tomaxius Pauarus, Bertolinus de Botayano, Venturinus de Uerdello, Gasparinus Gambazocha, Teminus de Clarauallo et Boninus Cusatrus conductores promiserunt et omnia sua bona pignori obligauerunt dicto scindico dicto nomine stipulanti et per eum dicto comuni, hominibus et uniuerſſitati Creme sub pena tocius damni dispense et interesse inde habiti et passi. Et quam locationem dictarum roziarum, molendini, aquarum et iurium preedictorum fecit suprascriptus scindicus dicto nomine scindicario predictis conductoribus stipulantibus et recipientibus pro libris mille decem imperialium per eos conductores et quemlibet eorum in solidum soluendis, et quas soluere debent et promisserunt ipsi conductores dicto scindico dicto nomine stipulanti et recipienti et per eum dicto comuni, hominibus et uniuerſſitati Creme siue texaurario uel officiali dicti comunis recipientis nomine et uice dicti comunis ad comodum et utilitatem dicti comunis, hominum et uniuerſſitatis Creme pro precio dicte locationis et ficti dictarum rugiarum et molendini et predictorum omnium locatorum ut supra predicti anni incepti et finituri ut supra, secundum modum et ordinem datum et ordinatum per comune et homines Creme.

Et hoc pure, sine aliqua condicione, uidelicet duas partes dicte pecunie in pecunia auri siue in grossis uel ambroxianis et reliquam terciam par-

tem in sesinis, uidelicet pro rata dicte pecuniarum quantitatis omni mense et quolibet mense, uidelicet in terminis nouem, incipiendo facere primamolucionem in kalendis menssis aprilis et sic de mense in menssem usque ad dictum terminum, in pena et sub pena quarti pluris quolibet termino et quolibet mense quo recusarent uel negligentes essent dicti conductores in soluendo et satisfacendo dictam pecuniam modo predicto. Et cum omni damno, dispensa et interesse dato, facto uel habito pro suprascriptis denarijs petendis et exigendis ut supra post suprascriptos terminos sine sacramento. Et renunciantes dicte partes, uidelicet dictus scindicus dicto nomine, et dicti Jacobinus, dominus Ysachinus, Simoninus, Lathinus, Paganinus Georgius, Tomaxius, Bertolinus, Venturinus, Gasparinus, Teminus et Boninus, conductores, exceptioni non ita actorum predictorum et infrascriptorum omnium ut supra et infra, et quod talis non sit ueritas de predictis, et omni exceptioni et probationi in contrarium. Et que locatio et omnia et singula suprascripta acta et facta fuerunt inter dictas partes, uidelicet inter dictum scindicum dicto nomine et dictos conductores supra nominatos cum et sub infrascriptis pactis, conuentionibus, ordinamentis, statutis, modis, formis et tenoribus sponte dictis, factis et initis inter dictas partes dicto nomine obseruandis, et atendis et non contrauenendis. Et quod sibi uicissim et inter se atendere et obseuare promiserunt ipse partes stipulatione solempni interposita, uidelicet dictus scindicus dicto nomine et dicti conductores, nulla lege uel exceptione obstante.

Quorum pactorum, ordinamentorum, conuencionum, statutorum, modorum et formarum tenor inferius describuntur cum certis rubricis ipsis pactis et ordinamentis apositis ut infra, uidelicet:

In primis quod quilibet comunitas et singularis persona terre Creme et districtus possit et sibi liceat, ad suum libitum uoluntatis, aquam extrahere et deriuare de dictis rozijs per buchellos seu buchellum bonum et bonos et sufficientes fiendos in illis locis ripparum seu arzenorum dictarum roziarum in quibus seu ad quem uoluerit aquam extrahere.

Qui buchelli fiant de lapidibus et lignamine cum bonis cadastis feratis taliter quod fraus comiti non possit in eos; et admodolentur ad modum unziarum. Et teneatur talis aquam extrahere uolens, seu extrahens, soluere conductori dictarum roziarum ad computum librarum decem imperialium pro qualibet uncia aque, quam extrahet seu extrahere uoluerit. De qua solucione fienda promisionem obligationem solempnem cum bonis fideiussoribus facere debeat dictis conductoribus antequam dictum bu-

chellum faciat et extrahat. Quo buchello facto et licentia super hoc habita a dictis conductoribus, possit talis persona, que dictum buchellum fieri fecisset et licentiam habuisset a dictis conductoribus, quam licentiam concedere teneantur, facta dicta promissione, conducere et derivare ubi uoluerit, et in sui utilitatem uti et conuertere omnem aquam quam labetur et deriuabit per totum tempus presentis locationis per ipsum buchellum absque contradictione dictorum conductorum et cuiuslibet alterius persone. De qua aqua teneatur solutionem facere dictis conductoribus ad computum librarum decem pro onzia, ut supra, in terminis infra scriptis, uidelicet medietatem per totum mensem augusti et aliam medietatem per totum mensem nouembris.

Item quod quilibet uolens buchellum habere pro extrahendo aquam de dicti rozijis secundum quod concessum est per formam suprascripti primi capituli teneatur et astrictus sit antequam dictum buchellum faciat et impetret fieri facere cridam sicut ipsum buchellum habere ult et declarat quantitatem onziarum aque quam conducere uult per ipsum buchellum et locum ubi ipsum buchellum habere uult. Qua crida facta, liceat cuilibet persone terras seu possessiones habenti que aduari possent per ipsum buchellum participare de ipso buchello fiendo et rozia que fieret pro conducendo ipsam aquam, soluendo partem que sibi tangeret, tam de emptione dicte aque, quam de expensis que fierent pro ipso buchello et rozia, per quam conduceretur aqua pro rata illius partis quam habere uoluerit in ipso buchello et aqua; dummodo talis participare uolens comparuerit infra decem dies post cridam factam coram vicario domini potestatis Creme, et scribi fecerit partem quam uoluerit habere in dicto buchello et aqua. Et ellapso dicto termino nullus amplius audiatur in predictis, durante presenti locatione.

Item quod suprascripta duo capitula, scilicet primum et secundum et contenta in eis, non habeant locum nec se extendant in rugia que fuit Joannini Benzoni.

Item quod onzia sit et esse intelligatur et debeat uidelicet in latitudine onziarum quinque et ista apeletur onzia una et sit de illa magnitudine onziarum de quibus mensurantur terre in territorio Creme.

Item quod dictus buchellus acceptus ut supra debeat remanere apertus toto anno; et hoc ad beneplacitum extrahentis aquam.

Item quod si aliqua persona extraheret aquam de rozijis predictis contra ordinem et modum suprascriptum incurat penam librarum decem imperialium et pro qualibet pertica terre adaquata soldorum quinque imperialium; saluo quod si contigerit aduari pro aliqua adaquatione extraordi-

naria, uidelicet lini et milij, quod tunc sibi sit licitum facere et extrahere aquam de dictis rozijis: et hoc de conscientia et uoluntate dictorum conductorum et aliter non. Qui conductores teneantur facere et fieri facere proclamationem; et concessio duret per dies decem tempore linorum, et decem tempore miliorum et non ultra; et soluant prout in alijs capitulis continetur.

Item quod quilibet extrahens aquam modo suprascripto teneatur et debeat notificare et in scriptis dare dictis conductoribus locum ubi acceperit dictum buchellum cum magnitudine dicti buchelli: et hoc ante aliquam conductionem aque, sub pena librarum decem imperialium, et pro qualibet pertica terre adaquate soldorum quinque imperialium.

Item quod in dicto ordine non intelligatur rozia que apellatur Quarentina sed soluatur pro parte ut in alijs capitulis rozie continetur.

Item quod si qua persona uolens extrahere aquam modo suprascripto pro adaquando aliquas terras, que non fuerint scripte in inuentario comunis Creme, quod tunc illa teneatur soluere dictis conductoribus libras quindecim imperialium pro qualibet onzia.

Item quod si aliquis fraudem comiteret in aliquo ipsorum buchellorum incurat penam librarum uigintiquinque imperialium et nihilominus teneatur ad reaptacionem dicti buchelli et soluat soldos quinque pro qualibet pertica terre adaquate. Et intelligatur buchellum fore fraudatum per illum seu illos cuius seu quorum esset dictus buchellus, nisi probauerit alium hoc fecisse; quo casu condemnetur talis repertus culpabilis.

Item quod omnes pene perueniant in conductores.

Item quod dicti conductores non teneantur manutenere aquam in dictis buchellis in aliqua quantitate; et nihilominus accipiens buchellum teneatur ad solutionem secundum quantitatem acceptam modo suprascripto, sed conductores teneantur manutenere rippas et arzenos rozie, ad hoc ut aqua habeat decursum.

Item quod si esset persona que deuastaret arzenum Senazine quod fit in Mosio, incurat penam librarum quinquaginta imperialium; cuius pene medietas perueniat in comune Creme, et alia medietas in conductores.

Item quod omnia capitula descripta in datio rozie sint firma, nisi in casu quo essent contraria istis capitulis.

Item quod comune Creme non teneatur nec astrictus sit facere sguramentum nec conciamentum aliquod in dictis rozijis locatis, nec aliqua ipsarum, nec in dictis bonis locatis modo aliquo, durante dicta locatione. Possit tamen conductor dictarum roziarum expensas necessarias facere tam in reficiendo, quam in meliorando seu manutenendo incastra et laboreria lapidum, que ad presens sunt ad dictas rozias seu in eis et que manutenen-

tur per dictum comune Creme; et casu quo aliquas expensas fecerit tali modo in ipsis incastris seu laborerijis, extimentur in fine sue locationis per bonos homines elligendos per partes et secundum eorum extimacionem fiat solucio per dictum comune. Et quod fiat extimacio de illis solummodo laborerijis, que extimabunt tempore ipsius extimacionis fiende. *Item* statuerunt et ordinauerunt quod nulla comunitas uel singularis persona audeat nec presumat facere uel fieri facere in suprascriptis rozijis comunis Creme aliquam cluxam uel stopaturam; et si quis eam fecerit uel fieri fecerit condempnetur comunitas in libris decem imperialium, et singularis persona in libris decem imperialium qualibet uice.

Et nihilominus ipsam clusam uel stopaturam ipsa die, qua fecerint, destruere teneantur. Et si inuenta fuerit talis stopatura uel clausa per dictos conductores uel suos offitiales, condempnetur tum comunitas, tum singularis persona que eam fecisset uel fieri fecisset aud incepisset ut supra, et quod post ipsam inuentionem statim ipsi conductores uel eorum offitiales seu ille uel illi qui fecissent dictam inuencionem, au aliquis eorum, teneatur iniungere illi qui eam fecisset aut ille cui hoc esset inuentum ut supra ipsam destruere, quam si non destruxerit ut supra condempnetur in duplum dictarum penarum. Et si clausa uel stopatur aliqua reperiretur facta prope et in releuatione alicuius rozie decurentis uel exeuntis de lecto principali, intelligatur comunitatem illam uel singularem personam ducentem ipsam secundariam roziam ipsam clusam uel stopaturam fecisse; hoc tamen intellecto quod in rozia minor uidelicet que fuit Zoanini Bonzoni, possint incastra amplitudinis brachiorum duorum cum dimidio pro quolibet que habeant fundum equaliter cum fondo rozie predictae, ubi et secundum quod ordinatum et concessum fuerit per dictos conductores uel suos officiales pro adaquatione fienda de ipsa. Et quilibet possit esse accusator omnium suprascriptorum, et credatur dicto accusatori cum sacramento et uno teste fidedigno. Et quod dominus potestas et eius iudex et quilibet eorum possint procedere per inquisitionem accusam uel denuntiam contra quemcumque culpabilem de predictis et ad eorum liberam uoluntatem; ad quas etiam penas teneat quilibet qui masarauerit lina in dictis rozijis uel aliud aliquid fecerit per quod impediatur decursus dictarum roziarum. Quarum penarum medietas perueniat in daciarios et alia medietas pro medietate in comune Creme et alia in accusatorem.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod aliqua persona non audeat nec presumat facere uel fieri facere aliquod cauamentum uel stopaturam uel aliquod opus per quod uel quam prohibeatur quominus aque que deriuantur uel solite sunt deriuari uel decurere in dictis rozijis.

Item statuerunt, conuenerunt, et ordinauerunt quod aliqua persona non audeat nec presumat facere uel fieri facere aliquod cauamentum uel stopaturam uel aliquod opus per quod uel quam prohibeatur quominus aque que deriuantur uel solite sunt deriuari uel decurere in dictis rozijis uel aliqua earum deriuantur seu labentur uel decurant in dictis rozijis uel aliqua earum. Et si aliquod cauamentum uel stopatura uel aliquod aliud opus per quod prohibeatur quominus ipse aque deriuantur uel solite sint deriuari in dictis rozijis uel aliqua ipsarum deriuantur, labantur seu decurant in dictis rozijis seu aliqua earum prout deriuantur uel solite sint deriuari in dictis rozijis hic retro fecisset uel fieri fecisset teneatur et debeat illud cauamentum uel stopaturam uel opus remouere uel remoueri fecisse infra terciam diem a tempore proclamationis uel cride inde fiende parte domini potestatis Creme uel sui vicarij; et hoc sub pena florenorum uigintiquinque auri applicandorum pro medietate camere domini et pro alia medietate dictis conductoribus, que pena totiens comitatur quotiens contrafactum fuerit uel non paritum in premissis, et nihilominus teneatur et debeat reducere in pristinum statum dictum cauamentum et dictum opus et dictam stopaturam infra dictum terminum sub pena predicta aplicanda ut supra. Et idem intelligatur de quibuscumque aquis deriuantibus uel que solite sint deriuari in aliquis aquis et rozijis que solite sint deriuari uel deriuantur in rozijis dicti comunis uel aliqua ipsarum saluo quod si appareret aliqua persona que pretenderet seu pretendere uellet jus habere in aliquibus ex predictis aquis decurentibus uel que solite sunt decurere in dictis rozijis comunis Creme uel aliqua earum quod tunc et in eo casu ipsa persona prius reducende dictas cauaturas, stopaturas uel opus factas uel factum in pristinum statum et remouende dictum opus et omnia alia facta in prejudicium dicti comunis antequam procedatur ad aliquam condemnationem audiatur in iure suo. Et si inuenta fuerit dicta persona jus habere in aliquibus aquis quas prohibuisset decurere in dictis rozijis comunis uel aliqua earum per aliquod cauamentum uel stopaturam uel opus aliquod permitatur ipsum facere illud opus tam cauamenti quam stopature quod sibi de iure competet ad jus suum conseruandum: in isto casu dictam penam nullatenus incurat sed absoluatur.

Item quod vicarius domini potestatis Creme qui est et per tempora erit ad instantiam dictorum conductorum compelere debeat Joanninum Benzonum et Cominum de la Pilla, qui habuerunt causam a comitibus de Turmino et quoscumque alios quibus jus et causam ipsi darent uel dedissent pro Aqua Rubea diuidatur per tempora uel quantitatem secundum partes debitas.

Item quod si contingat per aliquam personam seu aliquas personas aquam

extrahi seu conduci de dictis rozijis per buchellos siue rozias hactenus datas et assignatas comunibus et hominibus locorum Turlini, Palatij, Montis, Bagnoli, Uayani, Cleuis, Capergnanice, Credarie, Moschazani, Montodeni, Riuoltele de Guarinis et Riuolte Noue teneantur et debeant ipse persone ipsas aquas ducentes et extrahentes dare fugam ipsis aquis quas ducent et extrahent ex predictis rozijis mastris siue aliqua ipsarum; et si in aliqua parte ipsarum roziarum inueniretur decursus impeditus uel obstructus uel aliter distructus quominus haberet liberam et expeditam fugam, quod comunitas ipsius rozie penam incurat librarum quinque imperialium pro qualibet uice et nihilominus teneatur ipsam obstructionem tollere sub pena dupli ea die qua dicta obstructio facta sit, dummodo talis obstructio sit uel appareat facta artificiose uel manualiter; si uero talis obstructio fortuita foret, tunc comunitas ipsius rozie teneatur ipsam remondasse infra terciam diem sub pena soldorum uiginti imperialium pro qualibet uice; et si ante dictam terciam diem uel post per dominum potestatem Creme seu eius iudicem uel vicarium aut per dictos conductores uel eorum officialles iniungeretur dicte comunitati ipsius rozie quod dicta obstructio tolleretur, tunc ipsa comunitas teneatur ad ipsam remondationem ipso die uel sequenti quo sibi esset initum ut supra sub pena predicta. Si autem supradicta obstructio manualiter facta foret per aliquem singularem hominem condemnetur in soldis uigintiquinque imperialium et nihilominus ipsam obstructionem aufere teneatur ea die qua eam fecisset sub pena dupli, et ulterius teneatur ad emendationem dampni si quod damnum alicui infereretur aliqua occaxione, saluo quod si per consulem ipsius loci uel vicinos ipsius rozie siue aliquem ipsorum notificabitur domino potestati uel dictis conductoribus aud officialibus eorum uel alicui eorum talis obstructio infra terciam diem, quod dicta pena cadat in ipsos solos et tunc comunitas ab ea sit exempta.

Item quod pro qualibet pertica terre prathie que adquarentur de aqua dicte rozie que fuit Joannini Benzoni solui debeat per quemlibet adaquantem conductoribus ipsarum roziarum ad computum soldorum trium imperialium pro qualibet pertica pro toto anno et de qualibet pertica lini que adquaretur de aqua dicte rozie que fuit Joannini Benzoni siue etiam de aquis suprascriptarum roziarum dicti comunis aliter quam per buchellos qui uenditi essent ad onzias soluatur pro adaquantem dictis conductoribus ad computum soldorum trium imperialium pro qualibet pertica lini pro qualibet adaquata; et pro qualibet pertica terre cuiuscumque conditionis existat quicumque qui adaquauerit de dictis aquis aliter quam per dictos buchellos onziarum a kalendis aprilis usque ad kalendas octobris teneatur et debeat soluere dictis conductoribus soldos duos et medium imperialium pro

qualibet pertica que adaquaretur modo quocumque et qualibet uice; et quotienscumque post kalendas octubris usque ad kalendas aprilis subsequenti adaquauerit denarios sex pro pertica pro toto tempore exceptis pratis. Et inteligantur dicte adaquationes et quantitates de terris que sunt in inuentarijs comunis Creme et de quibus sustentur factiones dicti comunis. Et si quis adaquauerit aliter quam per dictos buchellos datos seu dados ad onzias aliquam terram que foret alicuius non soluentis nec sustentis onera nec factiones comunis Creme soluat duplum dictarum quantitatum. Et quod solutio adaquationis linorum fiat per totum mensem augusti, et pratorum miliorum et aliorum minorum ad festum sancti Martini.

Item quod dicti conductores et quilibet insolidum (sic!) teneantur et debeant concedere aquam dicte rozie que fuit Joannini Benzoni quibuscumque adaquare uolentibus secundum modos et pretia contenta et contento in statutis comunis Creme facientibus mentionem de rozijis suprascriptis, sub pena librarum decem imperialium pro qualibet uice qua denegaretur dicta aqua modis et pretijs antedictis, quod inteligatur nisi ex dicta iuxta causa nimie arriditatis predicta aqua deficeret et dare teneantur et concedere proximiorum ad buchellos et subsequenter alijs nulla habita descrepatione personarum sub pena predicta. Et quod dicti conductore non possint cogi nec teneantur concedere licentiam adaquandi nisi prius illa talis persona uolens adaquare prestiterit dictis conductoribus bonam securitatem de soluendo id quod soluere debuerit pro ipsa adaquatura secundum formam presentis dati: et hoc si placuerit dictis conductoribus recipere dictam securitatem.

Rubrica ut forenses non subiecti jurisdictioni comunis Creme non adaquent nisi prestita cautione.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod aliquis non habitans in Crema nec districtu uel etiam habitans et non subiectus jurisdictioni comunis Creme non audeat nec presumat adaquare de dictis rozijis seu aliqua earum nec de aquis in ipsis decurrentibus per territorium Creme uel debentibus decurere, nisi primo et ante omnia fecerit se scribi et in scriptis dederit quantitatem terrarum quas adaquare uoluerit cum choerentijis et contratis earum in libro dictorum conductorum et securitatem ydoneam prestiterint de soluendo quantitates superius notatas et de parendo mandatis domini potestatis et eius curie de his que spectant et pertinent pro dictis adaquaturis et de soluendo penas supra et infra contentas si contigerit eas incurere. Et si quis contrafecerit incurat penam librarum decem imperialium, quam si non soluerit infra terminum in condemnatione apositum, tunc dictus dominus potestas Creme teneatur et de-

beat vinculo sacramenti uendere tantam terram de ipsa que sic adaquaretur uel de alijs suis bonis in territorio Creme existentibus, si illa terra non sufficerit quantum sufficiat pro solutione et satisfactione dicte condemnationis et adaquare; et hoc pro quarto minus pretij et ualimenti ipsius terre. Et si non reperirentur emptores talium rerum, quod dictus potestas possit et debeat constringere proximorum vicinos ipsorum bonorum uenditorum ad emendum ipsa pro quarto minus eorum pretij ut supra. *Rubrica de adaquantionibus que fiunt et fieri possunt de aquis comunis Creme antequam intrent in lectis roziarum.*

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat uel presumat adaquare de aquis comunis Creme consenden... ad rozias predictas et presertim si fuerint in territorio Creme, nisi cum forma data adaquandi de ipsis rozijs; et si secus fecerit cadat ad penas soldorum quinque imperialium pro qualibet pertica et nihilominus solutionem debitam pro dicta adaquatura facere teneatur suprascriptis conductoribus.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod finito suprascripto tempore unius anni proximi futuri incepti ut supra suprascripte rozie relinquuntur et relinquere debeant per suprascriptos conductores in tali statu uel meliori in quali sunt de presenti seu essent tempore quo reaptarentur uel meliorarentur ipse rozie si dictum comune infra dictum terminum eas reaptaret uel melioraret et cum aquis suis potius melioratis quam deterioratis et cum lectis et ageribus ipsarum. Et si dicte rozie fierent deterioris conditionis dolo uel culpa suprascriptorum conductorum uel habentium causam ab ipsis, tunc teneantur ipsi conductores et habentes causam ab eis ut supra ad omne damnum et interesse dicti comunis Creme et nihilominus ad penam librarum mille imperialium. Et si aliquod cauamentum uel melioramentum fieret in lectis dictarum roziarum quantum est pro dictis lectis dictarum roziarum solum totum sit comunis Creme absque solutione pretij per ipsum comune fienda.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod si casus contigerit dictos conductores et habentes causam ab eis non posse uti uel frui dictis rozijs uel aquis occaxione guerrarum aut si dicte rozie uel comoditas ipsarum auferatur uiolencia aut de iure, quod dictum comune teneatur ipsis conductoribus uel habentibus causam ab eis resarcire et restituere omne damnum et interesse quod contigerit eos pati rationibus predictis: et hoc solummodo pro rata temporis quo uti non possent dictis rozijs locatis.

Item conuenerunt, statuerunt et ordinauerunt quod predicti conductores possint elligere quoscumque officiales super rozijs antedictis dummodo sint ydonei, aprobat per dominum potestatem Creme uel eius uicarium, et scripti in libro actuum notarij dicti domini potestatis, et aliter non ha-

beantur pro ueris officialibus; et omnes pene que sunt in statutis et ordinamentis roziarum suprascriptarum compreense sint et perueniant solummodo in dictis conductoribus et officialibus suis et quod suprascriptis conductoribus adhibeatur plena fides cum eorum sacramento et eorum officialibus cum sacramento eorum et uno teste fidedigno, nisi super facto penarum aliter per aliquid speciale capitulum presentis dati prouisum seu dispositum foret, quo casu pene ipse perueniant et applicentur prout specialiter reperiatur dispositum.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod suprascripti conductores et habentes causam ab eis teneantur oberuare et manutenere omnes contractus, omnia pacta et conuentiones ac conditiones que forent inter comune Creme et quascumque singulares personas et cum omnibus illis pactis et conuentionibus et omne onus, commodum et incomodum occasione suprascriptarum roziarum suprascripti conductores in se sustinere teneantur et conseruare dictum comune Creme absque aliquo damno uel dispensa de dictis conuencionibus et pactis de quolibet eorum.

Rubrica ut infra certum tempus dictus dominus potestas pronuncietur etc.

Item statuerunt et ordinauerunt quod de omnibus erroribus, fraudibus et delictis qui comiterentur aliquo modo per quamuis personam contra formam statutorum et ordinamentorum comunis Creme et pactorum suprascriptarum roziarum uel alicuius earum dominus potestas Creme ex debito offitij sui teneatur et debeat infra unum mensem post inuencionem notificatam per dictos conductores uel aliquem eorum uel officiales eorum aut post accusationem per quamuis personam delatam ut supra facere condemnationem et exequcionem sub pena librarum decem imperialium de suo salario.

Rubrica de camparijs et offitio et penis eorum.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod comunitas rozie Umbriani habeat et habere debeat unum uel plures camparios ad custodiam rozie sue elligendos et consignandos per dictam comunitatem ad kalendas januarij uel per totum ipsum mensem sub pena soldorum centum imperialium pro qualibet comunitate et nihilominus teneantur ipsum camparium elligere et consignare post tantundem tempus sub pena predicta. Qui camparij debeant presentari per comunitates suas siue per scindicos dicte comunitatis coram vicario domini potestatis Creme, in cuius manibus securitatem prestent dicti camparij et satisdant de exercendo bene et fideliter officium sibi commissum uel comittendum. Quod officium sit ut infra, uidelicet: quod studiose et solite perquirant totam roziam comunitatis sue et totam campagniam que adaquatur de rozia sua et omnes defectas et errores et fraudes quos uidebunt et cognoscent contingisse

siue factos et comissos in et super rozia sua ac de aqua ipsius rozie sibi comisse notificabunt infra secundam diem dictis conductoribus uel alicui eorum sub cuilibet campario et qualibet uice soldorum quadraginta imperialium. Et quod accusabunt coram domino potestate uel eius uicario quemcumque fraudantem uel falssantem rozias uel aquas uel buchellos uel fugas uel alia dependentia et spectantia dictis rozijs et etiam quemlibet adquantem preter ordinem et conscientiam camparij in territorio uille siue rozie. Et hoc facere teneantur ipsa die uel sequenti qua predicta aparent comissa et de seruando adaquantibus ordinem diurnum et nocturnum et horarium in adaquacionibus suis incipiendo ab ea petia terre que sit altior et superior sub dicta rozia et sic successive usque ad infimam. Et etiam sit eorum officium de die et de nocte accedere ad buchellos et eos aperire si plene uel implec... aquarum aut habundancia nimia aquarum subueniret; et si secus fecerit ipse camparius seu dicti camparij uel in predictis uel aliquo eorum deficeret, cadant ad penam soldorum quadraginta imperialium pro quolibet et qualibet uice; et eorum accusationibus et denunciacionibus detur plena fides cum eorum sacramento. Teneantur etiam ipsi camparij expensis dictorum conductorum noticiam facere de omnibus et singulis denunciacionibus et accusationibus quas deferent coram domino potestate Creme uel eius uicario ipsa eadem die qua defferent accusationes predictas; et habeant predicti camparij pro suo merito soldos quinque imperialium pro qualibet libra que exigeretur de eorum accusationibus. Et si fraudem ullam comiterent omitendo uel transgrediendo delictum officij sui condemnetur in soldis centum imperialium pro quolibet et ultra hoc ipso iure sit infamis quousque dictam condemnationem soluerit; et quilibet possit esse accusator de omnibus et singulis comissis per dictos camparios, dummodo accusacio defferatur de conscientia dictorum conductorum. De qua conscientia credatur dictis conductoribus cum eorum sacramento, et credatur talibus accusationibus cum sacramento et uno teste fidedigno.

Rubrica ut nulla adaquacio fiat de dicta aqua rozie Quarantine nisi petita licentia, et de omni adaquacione ordinaria fiat notificatio.

Item statuerunt conuenerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat adaquare de aqua dicta rozia Quarantine nisi prius petita et concessa licentia per dictos conductores uel eorum officiales et dato in scriptis nomine cuius sit terra et choerentie et contrata et numero perticarum sub pena soldorum centum imperialium pro quolibet et qualibet uice, et nihilominus teneatur ad solucionem illius terre, quam, adaquauerit. Et quilibet qui adaquare uoluerit de dicta aqua rozie Quarantine aliquam terram preterquam prata teneatur antequam adaquet notificare et dare in scrip-

tis dictis conductoribus uel eorum officialibus ipsam adaquacionem cum nomine eius cuius sit terra et quantitate seu numero perticarum et choerentia et contrata, sub pena soldorum quinque imperialium pro qualibet pertica et qualibet uice, et nihilominus teneatur ad solucionem supraordinatam. Quilibet uero qui adaquare uoluerit terram aliquam prathiam uel quam uelit dimittere ad pratum teneatur notificare et dare in scriptis ut supra et sub pena suprascripta et sufficiat unica notificatio de ipsa terra pro quolibet anno dummodo ipsam notificationem faciat antequam adaquetur; et credatur de ipsa notificatione notificanti cum sacramento et uno teste fidedigno.

Si uero aliquis adaquans cum licentia suprascripta plus adaquauerit quam habuit in licentia uel quam notificauerit, quod illud plus ipsa die uel sequenti addi facere possit in licentia uel notificatione sua, et si non fecerit cadat ad penam soldorum quinque imperialium pro qualibet pertica et qualibet uice. Et quod ille qui fecerit buchellum extraordinarium teneatur finita adaquacione incontinenti reducere ripam in statum pristinum in equo bono statu et forti sicut erit in partibus contigujs sic quod aqua de facili non exeat roziam, sub pena soldorum uiginti imperialium pro qualibet uice. Et si exiuerit et alicubi adaquauerit condemnetur ille in cuius comodo talis adaquatio fuerit reperta in soldis quinque imperialium pro qualibet pertica terre adaquate nisi ostenderit aliquem aperuisse dictam aquam; quo casu ille teneatur ad penam impositam rumpenti ripam rozie, hoc semper saluo et intellecto quod in arzeno non debeat fieri buchellus aliquis extraordinarius pro adaquando aliquam terram, nec etiam alicubi fieri debeat buchellus extraordinarius pro adaquando aliquam terram que adquari possit de buchello ordinario.

Rubrica de pretio duplicando de adaquacionibus terrarum non existentium in inuentarijs comunis Creme.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod si quis dedisset in scriptis et adaquauerit aliquam petiam terre que non sit super inuentarijs comunis Creme soluat pro adaquacione duplum eius quod soluerit et solui deberet secundum formam huius dati et locationis. Et si denominasset pro sua talem terram condemnetur in soldis quinque imperialium pro qualibet pertica et nihilominus soluere teneatur pro adaquatura ut supra. *Rubrica de ordine habendo super adaquacionibus extraordinarijs tempore sicitatis.*

Item conuenerunt et ordinauerunt quod quia tempore magne sicitatis omnes adaquaciones extraordinarie studiose nimis et sine ordine se exponunt, quod tempore dicte sicitatis, uidelicet milliorum et aliorum minutorum adaquandorum adaquaciones pratorum cessent per illud tempus quod

deliberabitur per dominum potestatem et sapientes comunis Creme; et per ipsos dominum potestatem et sapientes aponatur terminus sufficiens infra quem quicumque qui uoluerit adaquare ex predictis debeat adaquasse; quo termino ellapso prata possint postea secundum suos ordines adaquari. Et hoc habeat locum solummodo in adaquacionibus que fierent de aqua dicte rozie Quarentine.

Item statuerunt et conuenerunt quod comunitas dicte rozie Quarentine teneatur et debeat singulis annis habere unum uel plures antianos et scindicos, qui potestatem habeant per publicum instrumentum et uices gerant in totum dicte comunitatis ac omnium et singulorum de dicta comunitate in his solummodo factis et casibus qui sint de rozia sua et eius ocaxione. Quos antianos dicta comunitas teneatur constituere et consignare in scriptis per totum mensem januarij domino potestati uel alteri ex iudicibus suis et dictis conductoribus uel officialibus suis seu alicui eorum sub pena cuilibet comunitati soldorum centum imperialium. Ad hoc ut ipsi tales antiani citari, moniri, inquiri et condemnari possint nomine dicte comunitatis et contra ipsos solos fieri possit omnis executio, sic tamen quod regressus habeatur, et ex nunc in omni iure habere inteligatur contra quemlibet consocium pro rata quam spectaret ad eum de omnibus expensis, damnis et condemnationibus, in quibus et de quibus pro dicta comunitate molestiam receperunt uel damnum.

Rubrica quod nulla adaquatio fiat nisi cum conscientia et ordine camparij. Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod quelibet persona uolens adaquare aliquam terram de aqua dicte rozie Quarentine non audeat uel presumat adaquare nisi de conscientia et ordine camparij dicte rozie Quarentine, quamuis bene fecerit conscientiam dictis conductoribus uel eorum officialibus sub pena soldorum quinque imperialium pro qualibet pertica et qualibet uice; et nihilominus teneatur ad solutionem adaquacionis.

Rubrica ut adaquature extraordinarie impediri non possint pro adaquacione pratorum.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod adaquature linorum et terrarum quarumlibet seminandarum non possint impediri uel turbari pro adaquaturis pratorum et si impedirentur cadant impediens ad penam soldorum centum imperialium et ea camparius dicte rozie Quarentine eos denunciare teneatur ipsa die uel sequenti sub pena soldorum quadraginta imperialium.

Rubrica de nullo pretio recipiendo per dictos conductores nec aliquem officialem ab aliqua singulari persona et de licentia danda.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod dicti conductores nec aliquis eorum officialium possint solutionem aliquam petere nec exigere ab aliqua persona que quantitatem aliquam terre adaquande sibi defferet in scriptis aut licentiam peteret pro adaquatura fienda, sub pena denariorum duodecim pro quolibet imp... quem peterent uel exigenter sed teneantur ipsi conductores et eorum officiales ipsas notificationes accipere et licentiam dare libere et sine ulla solutione sub pena soldorum decem imperialium pro quolibet et qualibet uice.

Rubrica de incastris tenendis in rozia Quarentine et quod sine eis non possit aqua duci extra lectum dicte rozie.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat aquam ducere uel deriuare facere extra rugiam Quarentine que fuit Joannini Benzoni et buchellis trahentibus aquam extra dictam rugiam habentem fugam si pratum aliquod sit sub illo buchello fiat et teneatur incastrum bonum quod claudatur et clausum teneatur quandocumque non fiat adaquatio per ipsum buchellum sub pena soldorum uiginti imperialium pro quolibet casuum predictorum et qualibet uice. Si uero sub illo buchello non fuerit ullum pratum, tunc ductor ipsius aque, facta adaquacione sua, teneatur buchellum ipsum bene ostruere sic quod perinde non decurat uel decurere possit aqua pro leuatura aque alterius adaquantis sub pena predicta.

Rubrica de adaquacionibus non fiendis et non concedendis nisi rozie sint sgurate.

Item statuerunt et conuenerunt quod nulla persona possit adaquare nec aquam in suam terram ducere nisi habeat sguratam roziam terre sue siue prati sui sub pena soldorum uiginti imperialium pro qualibet uice. Et quod nullus camparius audeat eis dare nec designare aquam nisi prius facto sguramento predicto, sub pena predicta et sufficiant due sgurature in anno, quarum una fiat de mense aprilis et alia de mense iulij. Et hoc habeat locum solummodo de terris adaquandis de aqua dicte rugie Quarentine.

Rubrica de rozijis sgurandis.

Item statuerunt et conuenerunt quod quelibet comunitas dicte rozie Quarentine que fuit Joannini Benzoni decurrens extra dictam roziam teneatur et debeat dictam roziam sgurare bis in anno bene et sufficienter, uidelicet semel in mense aprilis et semel in mense iulij, sub pena soldorum centum imperialium pro qualibet comunitate qualibet uice; sed dicti conductores et sui officiales, si ab eis fuerit requisitum, teneantur tempore fiendarum dictarum sguracionum concedere antiano seu campario dicte quod aquam stopet extra dictam roziam quousque facta fuerit dicta sguratura. Et si dicti conductores uel eorum officiales predicta non conces-

serint et adimpleuerint, predicta condemacio non habeat locum.

Rubrica de arzenis et clusis substinentibus aquam in dicta rozia non rumpendis.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod nulla comunitas uel singularis persona audeat uel presumat rumpere uel lacerare aliquam aliquem arzenum predictae rozie Quarentine nec aliquam clusam predictae rozie, intelligendo arzenum quod factum sit manualiter supra superficiem terre pro sustinendo aquam dicte rozie in aere, sub pena cuilibet comunitati rumpenti huiusmodi arzenum librarum quindecim imperialium et singulari persone librarum octo imperialium; et cuilibet comunitati rumpenti clusam librarum decem imperialium, et singulari persone soldorum centum imperialium. Et ulterius teneatur in continenti suis sumptibus refficerere dictum arzenum siue clusam. Et intelligatur comunitatem uicinarum illius loci in cuius territorio hoc factum esset fecisse et comisisse predictas fracturas, et ad dictas penas teneatur nisi ostenderit domino potestati uel alicui ex iudiciis suis comunitatem seu qui comiserit dictas fracturas, saluo quod si hec acciderent ex nimia inundatione aquarum, tunc non teneatur ad penam.

Item statuerunt et conuenerunt quod nullus audeat uel presumat rumpere uel deuastare sue cauare uel explanare aliquam rippam dictarum rugiarum nec alicuius earum, nec in ipsa rippa laborare prope roziam ad duo brachia sub pena soldorum centum imperialium pro qualibet uice, saluo quod dominus potestas, cognito quod rippa sit nimis alta, licentiam concedere possit ei cuius fuerit campus, remouendi et explanandi dictam rippam et super ea laborandi, dummodo non labore prope finem rozie per duo brachia. Et quod nullus audeat uel presumat facere, nec fieri facere fossatum uel cauamentum quod sit profunditatis pelle aque dicte rozie iuxta roziam per spatium duorum trabuchorum sub pena soldorum centum imperialium pro qualibet uice et nihilominus ipsum fossatum uel cauamentum implere teneatur.

Rubrica de auctoritate domini potestatis et iudicum super processibus contra delinquentes contra ordinem et capitula dictorum roziarum.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod in omnibus et singulis casibus in quibus imponitur aliqua pena contra delinquentes dominus potestas Creme et eius uicarius atque iudex malleficiorum et quilibet eorum simul et diuisim possint et debeant procedere summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii seruata solemnitate juris et non seruata, omni die feriato et non feriato per inquisitionem uel accusationem uel denuntiam uel scripturam etiam cum tormentis si haberent legitima iudicia, et punire et condemnare omnes et singulos homines et personas et loca et comunitates delinquentes et facientes contra aliquod predictorum et in-

frascriptorum statutorum, ordinamentorum, pactorum et conuentionum per modum condemnationis aplicande.

Rubrica ut a processibus factis contra aliquem occaxione alicuius delicti commissi in factis dictarum roziarum apelari non possint.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod a processibus condemnationis et preceptis aliquibus factis uel fiendis per dominum potestatem uel alterum iudicum suorum contra quamvis personam uel comunitatem occaxione alicuius debiti commissi contra aliquod pactorum, statutorum et ordinamentorum suprascriptarum roziarum non possit apelari, reclamari, querelari uel de nulitate dici uel recursus haberi ad aliquam aliam personam nec etiam supplicari, sub pena cuilibet comunitati librarum uiginti quinque imperialium et cuilibet singulari persone librarum decem imperialium. Quas penas statim ex quo comisse fuerint, dominus potestas Creme aplicare et exigere teneatur uinculo sacramenti et sub pena dupli de suo salario.

Rubrica quomodo sit compartienda condemnatio si qua fiet de aliqua comunitate habente roziam aliquam.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod si contingerit aliquam comunitatem dicte rozie Quarentine delinquisse in aliquo casu ex quo per formam presentium statutorum, pactorum et ordinamentorum uel alicuius eorum ueniat condemnanda, quod sufficiat in denuntiatione uel accusatione uel inuentione porigenda seu inquisitione formanda et condemnatione aplicanda denominare unum uel plures ex antianis dicte rozie et contra ipsos antianos exequutio fieri possit et debeat integra pro tota comunitate ipsius rozie. Ita tamen quod contra omnes et singulos consocios dicte comunitatis, eos uidelicet qui a tempore dicti delicti dedisse aparuerit terras in scriptis pro adaquando, ipsi antiani regressus habeant et ex nunc habere intelligantur totalem unumquemque pro rata earum perticarum quas dedisset in scriptis ut supra. Et ad eius instantiam, statim condemnatione publicata, dominus potestas uel eius iudex de facto procedant et procedere possint et debeant contra quemlibet eorum consociorum pro dicta rata; sic quod per predictos eius consocios sine aliqua cauilatione uel mora fiat solucio antiano ut ipse facere possit satisfactionem dictis conductoribus infra terminum in condemnatione assignatum.

Rubrica ut per rippas suprascripte rozie Quarentine iri possit per dictos conductores et eorum officiales et habentes causam ab eis.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod licitum sit dictis conductoribus et eorum officialibus et habentibus causam ab eis et laboratoribus, si quos miteretur pro laborando ad ipsas rozias, et etiam quibuscumque alijs personis, que irent occaxione dictarum roziarum, ire impu-

ne et super rippas ipsarum roziarum equites et pedestres sine alicuius contradictione.

Rubrica ut nulla aqua scoletur uel inducatur in dictis rozijs comunis. Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat uel presumat scolare nec deriuari facere aquam alicuius campi uel uie in suprascriptis rozijs comunis sub pena soldorum uiginti imperialium pro quolibet et qualibet uice, eo saluo quod si aliquis uoluerit aquam alicui sui campi scolare et deriuare in dictis rozijs, teneatur et debeat facere dictum deriuamentum seu scolaturam cum tali ordine quod non conducatur terra in dictis rozijs; et si conducta fuerit in eis terra, tunc condemnetur ut supra. Et nihilominus teneatur suis expensis eam terram remouere sub pena dupli.

Rubrica de tempore assignato super adaquacionibus pratorum.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod unicuique petie terre prathie sufficiat et sufficere debeat quod adaquetur singulis duodecim diebus semel tantum. Et quod singuli camparij aduertant ne aliquis adaquet dictam terram prathiam sepius. Et talem ordinem seruatur et seruari faciant omnes camparij dicte rozie Quarentine. Et si secus fieret incurant penam soldorum uiginti imperialium pro quolibet et qualibet uice. Et hoc non habeat locum nisi tempore estiuo, uidelicet a kalendis madij usque ad kalendas septembris. In alio uero tempore adaquare possint quantumcumque habere possint aquam cum ordine debito. Et saluo quod non intelligatur dictos conductores astrictos esse nec tenere ad concedendum uel dandum aquam prathis singulis duodecim diebus semel in casu in quo non esset aqua sufficiens in dicta rozia pro dictis prathis adaquandis singulis duodecim diebus ut supra dictum est. De qua insufficientia aque credatur campario cum sacramento.

Rubrica de termino infra quem dicti conductores debeant suas accusas, denuncias uel querelas deffere.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod dicti conductores et eorum officiales teneantur et debeant porigere, producere coram domino potestate Creme uel suis iudicibus seu aliquo eorum omnes et singulas accusas uel denuncias seu querelas, quas uel quam deffere uoluerint de aliquo uel aliquibus qui fecissent uel comisissent contra predicta uel aliquid predictorum uel aliquid in fraudem dictorum conductorum. Et hoc infra quindecim dies proxime sequentes a die fraudis uel eroris comissi; et ulterius non audiantur in aliquibus suis accusis uel denuncijs seu querellis de nouo porrigendis post dictum terminum quindecim dierum.

Rubrica de expensis factis per singulares personas in faciendo roziam aliquam, dandis in scriptis massario comunis Creme et de taxatione earum.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod quelibet comunitas uel singularis persona que fecit uel amodo faciet roziam aliquam que extrahatur uel extrahi posset de aqua alicuius predictarum rugiarum comunis Creme det et dare debeat in scriptis massario comunis Creme, uidelicet de illis rozijs que jam facte sunt, infra mensem unum qui sequatur proxime post cridam exinde fiendam de mandato dicti domini potestatis; de his uero rozijs quas fieri continget in futurum infra quindecim dies post compilacionem operis omnem expensam ipsarum roziarum et per quos facte sunt cum nominibus eorum qui jus habeant in ipsis cum numero perticarum pro quibus jus habeatur in ipsis rozijs; quod si non fecerint infra terminos suprascriptos incurant hanc penam, uidelicet: quod licitum sit cuilibet extraneo adaquare per ipsas rozias sine expensis ipsarum roziarum tribus habitis ydoneis et expertis, qui taxatione facta et diuisa pro rata parte summa cuiuslibet rozie per se cum omnibus nominibus habentium jus in ea et numero perticarum, pro quibus habeatur ipsum jus, ponatur distincte in libro statutorum comunis Creme faciendo mentionem de suprascriptis rozijs ut perpetuo et clare inueniri possint omnia suprascripta.

Rubrica qualiter quis acquirere possit jus et partem in alienis rozijs.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod quicumque reperitur uolens habere partem et jus ex rozijs factis et fiendis tam per totam comunitatem aliquam tum per singularem personam a quibus extrahatur seu extrahi possit uel deriuari aqua ex suprascriptis rozijs comunis Creme uel aliqua earum pro adaquando, si non composuit et particeps fuit uel erit in principio dictorum operum cum factoribus et consocijs dictarum roziarum, quod non possit habere nec acquirere jus aliquod uel partem in eis rozijs nec aliqua earum, nisi prius soluat pro expensis duplum illius partis quam soluisset secundum taxationem de qua sit mentio in statutis et capitulo supra proxime nominato; siue quod sibi spectasset in principio laborerij ipsius rozie de qua uult jus acquirere. Que solutio et cetera si que fierent subsequenter ipso modo perueniat in utilitatem consociorum dicte rozie. Et si composuisset uel terram aliquam seu fundum de suo proprio concessisset uel concesserit ad factionem ipsarum roziarum, licitum sit ei posse habere partem pro ea rata simplici que sibi competeret pro eo pretio quod composuisset et pro pretio ipsius terre uel fundi extimandi competenter per bonos homines ad hoc elligendos.

Rubrica ut nulle bestie intrent uel mitantur in lectis roziarum.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat uel presumat intrare cum aliquibus bestijs seu bestias aliquas mittere aut intrari facere in lectis dictarum roziarum uel alicuius earum nisi perinde

et ubi capitantur uie in et ad lectos dictarum roziarum, sub pena pro quolibet bestia grossa soldorum duorum imperialium, et pro qualibet bestia minuta denariorum trium imperialium, et ad ipsam penam teneatur quilibet cuius fuerint dicte bestie; et hoc non habeat locum in dictis conductoribus et officialibus suis.

Rubrica de hijs qui jus habent proprium adaquandi aliquas terras sine solucione.
Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod si qua persona habet seu pretendit aut pretendere uoluerit se habere jus aliquod adaquandi de aquis suprascriptarum roziarum comunis Creme uel alicuius earum aliquam quantitatem terre sine solucione aliqua fienda dictis conductoribus de adaquaturis suis, quod ipsa talis persona teneatur quolibet anno illa terram dare in scriptis dictis conductoribus uel officialibus suis cum choerentijs et contratis antequam adaquet. Et si secus fecerit cadat a beneficio et jure adaquandi alias quascumque terras de dictis aquis comunis Creme et de dicta pena dominus potestas processum facere teneatur pro condemnatione plicanda.

Rubrica de pontibus manutenendis.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt quod quilibet comunitas quorumlibet locorum seu uillarum teneatur et debeat perpetuo manutene-
re suis expensis omnes pontes factos uel fiendos per comune Creme super quibuscumque scauezaturis uiarum per quas itur ad dicta loca seu uillas sub pena soldorum quadraginta imperialium qualibet uice, et nihilominus teneatur ad reaptacionem dictorum pontium.

Rubrica quod nulla persona audeat claudere aquas in rozijs comunis si aqua ipsarum roziarum remota fuerit per comune Creme de rozijs predictis.

Item statuerunt, conuenerunt et ordinauerunt si casus aduenerit quod aliqua roziarum predictarum seu alicuius earum in toto uel in parte subrepta uel remota aut aperta fuerit per comune Creme seu ad instantiam uel mandatum dicti comunis aut de mandato domini potestatis uel eius uicarij aut suprascriptorum conductorum uel officialium eorum extra lectos suos uel aliquem eorum, quod nulla persona audeat uel presumat ipsam aquam claudere et obturare in dictos lectos sine licentia uel mandato dicti domini potestatis uel uicarij aut dictorum conductorum uel officialium suorum sub pena cuilibet contrafacienti soldorum centum imperialium pro quolibet et qualibet uice.

Et quod omnia et singula suprascriptus scindicus dicto nomine scindacario et procuratorio, et presentibus consencientibus et volentibus suprascriptis domino vicario, racionatore et deputatis utsupra, ex una parte, et suprascripti Jacobinus dictus Isachinus de Poyanis, Simoninus de Vimercate, Lathinus de Vimercate, Paganinus de Vimercate, Georgius Ber-

nardus, Tomaxius Pavarus, Bertolinus de Botayano, Venturinus de Verdello, Gasparolus Gambazocha, Teminus de Cleravallo, et Boninus Cusatus conductores, ex alia parte, promittentes sibi vicisim et inter se per stipulacionem solempniter hinc inde interuenientem firma et grata habere et tenere et atendere et observare et non contrafacere nec venisse per se vel per alios de jure nec de facto aliqua occaxione vel modo. Et pro predictis omnibus et singulis atendendis et observandis et non contraveniendis dictus scindicus dicto nomine scindacario et procuratorio promissit et omnia bona dicti comunis, hominum et universitatis Creme pigneri obligavit dictis Jacobino et socijs conductoribus stipulantibus. Et dicti Jacobinus et socij conductores promiserunt et omnia sua bona pigneri obligaverunt dicto scindico dicto scindacario et procuratorio nomine recipienti et stipulanti et mihi notario suprascripto nomine dicti comunis, hominum et universitatis Creme stipulantis et recipientis per ipsum scindicum et me notarium ipsis comuni, hominibus et universitati Creme. Ita quod quilibet eorum insolidum teneatur et conveniri possit, renunciando legi jubenti plures debenti reos pro parte fore conveniendos, epistole divi Adriani et omni auxilio legis, sub pena tocius damni, dispendij et interesse proinde aliqua dictarum partium haberet et sustineret; renunciantes suprascripte partes, videlicet dictus scindicus dicto nomine et dicti Jacobinus Poyanus et socij conductores exceptioni non facte suprascripte locationis et non factorum dictorum statutorum pactorum convencionum et ordinamentorum ac omnium suprascriptorum non ita actorum predictorum utsupra et omni alij exceptioni et probacioni, juri, legi et deffensionis in contrarium. Ita et taliter quod quilibet eorum insolidum tenatur et conveniri possit renunciando legi jubenti plures debendi reos pro parte fore conveniendos, epistole divi Adriani et omni auxilio legis.

Giovannino Cristiani e Marchino *Bentefacius*, *clericus et beneficalis ecclesie sancti Michaelis de Offanengo*, eletti a dirimere, in qualità di arbitri, la controversia sorta tra il Comune di Crema ed il Consorzio degli utenti del fossato delle Oche in merito all'alimentazione di quest'ultimo canale, tenuto conto delle disposizioni impartite da Carlo Visconti, pronunciano la loro sentenza intesa a contemperare gli interessi degli utenti della roggia e quelli della comunità cremasca.

In Christi nomine, amen. Nos Joanninus Christianus et Marchinus Bentefacius clericus et beneficalis ecclesie Sancti Michaelis de Offanengo de Crema arbitratore et amicabile compositore per formam comprmissi, assumpti et electi per Petrum uocatum Luppum de Puteo, tubatorem comunis Creme, scindicum et procuratorem ad hoc faciendum specialiter constitutum comunis, hominum et singularum personarum de Crema de quo scindicatu est carta una rogata et facta per Antonium de Martinengo notarium hoc presenti anno, die penultimo januarij, dicto scindicario et procuratorio nomine ex una parte; et Antonium de Uimercato, notarium de Crema procuratorem et scindicum vicinorum et consortium habentium jus et facere in fossato de li Ochis, quod solitum erat appellari fossatum Jacobi Bosij, cuius initium est in Mosio et extenditur uersus locum Umbriani et deinde uersus Cremam juxta stratam mastram, qua itur a Crema ad dictum locum Umbriani, a meridie parte ipsius strate, et uniuersitatis eorum, de quo scindicatu est carta una rogata per dictum Antonium de Martinengo notarium millesimo trecentesimo octuagesimo quarto indictione septima, die vigesimo primo decembris, dicto nomine scindicario et procuratorio, ex alia parte; nominatim et occaxione littis et controuersie uertentis et uersse inter dictas partes, occaxione dicti fossati de li Ochis et aque Casmarij, que decurrit in roziam Senacine comunis Creme. Et quam aquam dicti uicini seu scindicus eorum dicebant ad se spectare pro adaquacione terarum eorum. Et asserebant quod dictum comune Creme eam aquam de facto eis occupabat. Et requirebant quod dicta aqua eis deberet relaxari per dictum comune. Et dictum comune Creme asserebat ipsam aquam spectare dicto comuni Creme et quod de ea dictum comune steterat et erat in pacifica possessione, et quod dicti vicini nullum jus habebant in dicta aqua. Et occaxione omnium et singulorum inde dependentium et conexorum. Et occaxione certorum pactorum factorum seu que fieri requirebantur, inter dictum comune Creme et dictos vicinos fossati de li Ochis pro predictis et eorum occaxione. De quibus pactis fit plena mentio in instrumento scindicatus dicti Petri de Puteo, de quo supra fit mentio. Et occaxione quorum pactorum fuerunt per magnificum dominum daminum Karolum Vicecomitem littere transmise do-

mino potestati Creme, quarum litterarum tenor in eo scindicatu seriatim est descriptus, prout predicta et alia plenius continentur in carta dicti compromissi in nos facti per dictas partes ut supra, rogata et facta per dictum Antonium de Martinengo notarium, hoc presentis anno, die penultimo januarij. Qui uidimus et diligenter examinauimus dictum compromissum in nos factum et contenta in eo et etiam prorogationem per nos factam de termino dicti compromissi.

Et etiam uidimus et diligenter examinauimus dicta pacta que fieri requirebantur inter dictum comune et dictos vicinos suprascripti fossati pro predictis et eorum occaxione, ac litteras predictas prefati domini Karuli, in quibus conceditur dicto comuni Creme facultas possendi eadem pacta perficere cum dictis vicinis, ut plenius in eis litteris continetur. Et etiam habita plena noticia et informacione de predicta questione et controuersia uertente et uersa inter dictas partes ut supra et de dictis pactis et litteris de quibus supra fit mentio. Et uidimus etiam et diligenter examinauimus omnia instrumenta, concessionem, petitiones, jura, probationes, informaciones et alegaciones, quas et que dicte partes et quelibet earum coram nobis producere facere, ostendere et alegare uoluerint tam oretenus quam in scriptis et super eis omnibus habuimus plenam et maturam ac diligentem deliberationem vigore baylie nobis date et concesse per formam dicti compromissi et omni alio modo, uia et forma quibus melius possumus. Cristi nomine inuocato, dicimus, pronunciamus, precipimus, arbitramentamus, transigimus et amicabiliter componimus et sententialiter diffinimus inter dictas partes per modum infrascriptum, uidelicet:

Quia primo dicimus, pronunciamus, arbitramentamus ac transigimus et sententiamus quod dictum comune Creme teneatur et debeat suis expensis proprijs facere et curare cum effectu quod quedam aqua decurens a Cremosano, que appellatur Riuus Merlus, labatur et decurat in suprascriptam roziam Senacine, nisi terminatum fuerit ipsam aquam in ipsam roziam Senacine labi non posse et intrare comode. Et si terminatum fuerit ipsam aquam Senacine in ipsam roziam Senacine labi non posse ut supra, tunc dictum comune Creme teneatur et debeat ipsam aquam ponere et labi facere in dictum fossatum de li Ochis, et debeat dictum comune facere omnem expensam necessariam pro predictis pro cauamentis et alijs quibuslibet.

Item dicimus, pronunciamus, precipimus et arbitramentamur quod dictus scindicus et procurator hominum et uicinorum habentium jus in dictum fossatum de li Ochis, quod solitum fuit appellari fossatum Jacobi Bosij, dicto nomine scindicario, et per eum dicti uicini ipsius fossati habeant et habere intellegantur jus et actionem adaquandi de aquis dicte rozie Se-

nacine comunis Creme et aquis que labuntur et labentur in futurum per ipsum fossatum de li Ochis perticas sexcentum quadraginta terre, modis et condicionibus infrascriptis. Quorum Senacine et fossati de li Ochis inicia sunt in Mosio et decurunt versus locum Umbriani. Et quod possint ipsi uicini dicti fossati et quilibet ipsorum per se et suos heredes et cui uel quibus dederint adaquare de ipsis aquis pro omni et in omni suo comodo usque ad numerum dictarum perticarum sexcentum quadraginta terre. Et possint ipsi uicini facere quodcumque uoluerint et tenere suis expensis in rippa dicte rozie Senacine buchellum unum de lapidibus pro extrahendo aquam de dicta rozia ad irrigationem predictarum perticarum sexcentum quadraginta terre apud turim Umbriani. Et comune Creme teneatur facere suis expensis unam clauicam de lapidibus et cemento necessariam ut dicta aqua Senacine decurrere possit a dicto buchello fiendo ut supra in dictum fossatum de li Ochis pro irigacione suprascripta. Sed dicti vicini teneantur et debeant suis expensis omne facere cauamentum a dicto buchello citra, quod fuerit necessarium pro ducto dicte aque, saluo quod si dicta aqua Senacine labi non poterit ad sufficienciam pro adaquacione earum terrarum eorum uicinorum faciendo buchellum ad dictam turim Umbriani ut prefertur. De quo stetur examinacioni duorum bonorum hominum eligendorum per dictum comune Creme et per dictos uicinos seu eorum scindicum; eo casu possint ipsi uicini facere et tenere ut supra dictum buchellum in dicta rippa rozie Senacine in loco Umbriani, ad domum Pecini de Tercio. Verumtamen pro euitando dispersionem aque non possint dicti uicini aud aliquis eorum extrahere de dicto buchello fiendo in dicta rippa Senacine ut supra aquam si per dictum fossatum de li Ochis labet aqua sufficiens eisdem vicinis pro ipsis suis terris adaquandis ut supra. Et sufficiat ipsis uicinis si adaquauerint prata singulis decemseptem diebus tempore estiuo, saluo quod si aqua laberetur in tanta quantitate quam possent adaquare in minori spatio, habito respectu ad adaquaciones aliorum adaquantium de rozijis comunis Creme, tunc possint ipsi vicini adaquare in breuiori spatio dictorum decemseptem dierum.

Item pronunciamus, precipimus, arbitramentamus et sententiamus quod dicti vicini et quilibet ipsorum jus habens ut supra, qui adaquabit aliquam quantitatem terre, pro qua sibi spectabit jus ut infra declarabitur et ponetur, teneatur et debeat soluere dicto comuni seu habentibu causam ab eo comuni mediatatem eius quod soluunt aut soluent alij cremenses adaquantes de aquis roziarum comunis Creme terras eius qualitatibus cuius fuerint ipse terre adquate per eos uicinos ut supra.

Item dicimus, pronuntiamus, precipimus et arbitramentamus quod suprascripti vicini dicti fossati non possint nec debeant ullo tempore per se

nec per alios molestare nec inquietare dictum comune Creme de jure uel de facto in dicta aqua Senacine et fossato de li Ochis, nec aliquam contruersiam mouere pro aliquo jure quod pretenderent sibi spectare in ipsis aquis ultra suprascripta et infrascripta. Et quod dictum comune Creme possit ponere quascumque aquas uoluerit in dicto fossato de li Ochis et concedere cuique uoluerit ipsas aquas absque contradictione uel impedimento eorum uicinorum, dum non impediuntur ex hoc dicti vicini in adaquando dictas perticas sexcentas quadraginta terre modo suprascripto. Eo saluo quod si quo tempore contra formam presentium preceptorum et arbitramentorum casus euenerit quod aque comunis Creme non fluerent per dictam roziam Senacine, nec per dictum fossatum de li Ochis, ita quod dicti vicini uti non possent comodo presentium arbitramentorum et contentorum in eis nec ipsis aquis, quod eo casu dictum comune Creme non possit impedire seu molestare ipsos uicinos in fundo dicti sui fossati de li Ochis, cuius initium est in Moxio et deinde extenditur uersus locum Umbriani usque prope domos heredum Dominici de Albricis, et deinde postmodum extenditur uersus Cremam, secus stratam mastram, qua itur a Crema Umbrianum, a meridie parte dicte strate. Sed ipsi vicini eo casu de ipso suo fossato et fundo et rippis ipsius possint facere et disponere ad eorum libitum uoluntatis.

Item dicimus, pronunciamus, precipimus et arbitramentamus quod dicti uicini fossati de li Ochis et quilibet eorum, per se et suos heredes, et cui dederint adaquare possint singulo anno de ipsis aquis pro omni et in omni eorum comodo perticas sexcentum quadraginta terre ex infrascriptis perticis nouecentum terre per ipsos uicinos seu eorum scindicum nobis in scriptis datis et productis pro faciendo eas describi et specificari in presenti nostra sententia. Et que pertice nouecentum terre inferius cum choerentijis, contratis et quantitibus describuntur et declarantur cum nominibus illorum, quorum sunt. ipse terre. / *sunt hec et hec* / Que terre et nomina eorum, quorum sunt ipse terre sunt hec et hec:

- *Dominus Venturinus Gambazocha* perticas decem terre in curia porte Umbriani, in Riualata, cui est a mane domini Thomaxij de Uimercate, a meridie strata Laude, a sero est seu fuit de Robatis. *Item* perticas undecim terre; in dicta curia et contrata, cui est a mane uia, a meridie ecclesie, a sero uiazola. *Item* perticas septem terre, jacentis in dicta curia et contrata, cui est a mane de Albrigonibus, a meridie fossatus, a sero Thomaxij de Uimercate. *Item* perticas quatuor terre in dicta curia et contrata cui est a mane hospitalis, a monte uiazola. *Item* perticas nouem et mediam terre in dicta curia et contrata, cui est a mane de Dentis, a meridie uiazola, a sero de Albrigonibus. *Item* perticas duodecim terre in dicta cu-

ria et contrata, cui est a mane Joannis de Bergamo, a sero de Benuenutis, a monte arzenus. *Item* perticas duodecim terre in dicta curia et contrata, cui est a mane de Poyanis, a meridie uiazola, a sero Joannis de Pergomo. *Item* perticas tres et mediam terre in dicta curia et contrata, cui est a mane Joannis de Pergamo, a sero de Spinis, a monte dicti domini Venturini. *Item* perticas tres et mediam terre in dicta curia et contrata, cui est a mane viazola, a sero et a monte de Vimercatis, a meridie ecclesie.

- *Domina Siblina, uxor* quondam Pecini *de Capredosso*, perticas quatuordecim terre aratorie et uidate, jacentis in dicta curia, in Riualata, cui est a mane Isachini Poyani seu matris, a meridie strata, a sero via, a monte heredum Betini de Pandino.

- *Antonius et Bonus, fratres, de Tercio* perticas septem terre aratorie, jacentis in curia Castelinoui, in Cremali, a mane Mirani Cirioli, a meridie regressus, a sero Zane Meleguli, a monte fossatum Cremalis. *Item* perticas sex terre ibi prope, cui est a mane de Poyanis, a meridie Joannis Meleguli, a sero fossatus de li Ochis.

- *Joannes de Pergamo* perticas quindecim terre pratie jacentis in curia Porte Umbriani, in Riualata, cui est a mane via, a meridie viazola, a sero domini Venturini Gambazoche, a monte Mosius.

- *Albertus Guinzonus* perticas nouem et tabulas decemocto terre jacentis in curia Castelli noui, in Cremali, a mane suprascripti Alberti, a meridi Isachi de Steuano, a sero Betini Brigoni, a monte heredum Gasparini Gambazoche.

- *Joannes Melegulus* perticas decem terre jacentis in curia Castelinoui, in Cremali, a mane regressus, a meridie dicti Joannis, a sero et a monte de Poloninis. *Item* perticas quatuor terre in dicta curia et contrata a mane et a meridie via, a sero fossatus de li Ochis. *Item* perticas septem terre jacentis in dicta curia ad Sanctum Michaellem, cui est a mane Fachini de Lengiata, a meridie via, a sero de Melegulis.

- *Betinus de Capredosso* (perticas, *esp.*) et fratres perticas decem terre jacentis in dicta curia Castellinoui, in Cremali; a mane Joannis de Canobio, a sero strata. *Item* perticas quinque terre in dicta curia et contrata cui est a mane Passaroti de Colognio, a sero Martini de Bontempo. *Item* perticas quindecim terre in dicta curia Porte Umbriani in Cremali, cui est a mane Fratrum de la Barba, a sero de Lazaronibus. *Item* perticas quinque terre in dicta curia et contrata, a mane de Lazaronibus, a sero heredum Ambroxini de Mazano. *Item* perticas quinque terre in dicta curia, in Riualata, a mane domini Venturini Gambazoche, a sero de Paratis, a monte strata.

- *Zaninus Polonini Tolle* perticas sex jacentes in curia Castellinoui, in Cre-

mali, a mane Zani Meleguli, a sero Antonij Tolle.

- *Bertolinus Melegulus* perticas octo terre jacentis in dicta curia et contrata, cui est a mane et a meridie de Biolchinis, a sero fossatum de li Ochis.

- *Ubertus Papiensis* perticas septem terre aratorie jacentis in curia Porta Umbriani, in Cremali, a mane Fratrum de Umbriano, a monte strata.

- *Milanus Ciriolus* perticas septem terre aratorie, jacentis in curia Castelinoui, in Cremali, cui est a mane Thomaxij (a meridie regressus, *esp.*) del Ochio, a meridie regressus, a sero de Tercinis.

- *Magister Jacobus de Medicis* perticas triginta quinque terre aratorie jacentis in dicta curia Castelinoui, in Sauazia, cui est a mane de Bassis et in parte viazola, a sero fossatum, a monte Comini de Quagnio.

